15
118
34-8-F-5-

IACOBI ALBANI

GIBBESII
CARMEN SECVLARE,
IN ANNO IVBILAEI
M. DC. L.

Accedit Interpretatio Italica.

AD EXCELLENTISSIMVM DN.

FR. HENRICVM D'ESTAMPES

DE VALLANÇAY, &c.

CHRISTIANISSIMI REGIS AD SVMMVM PONTIFICEM LEGATVM.

QVOS ÆQVVS AMAVIT.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

R O M AE,

Typis Dominici Manelphij, M.DC.L.

SVPERIORVM PERMISSV.

ILL.MO ET EXCELL.MO DOMINO,

FRATRI HENRICO D'ESTAMPES DE VALLANÇAY,

ORDINIS S. IOAN: HIEROSOL. BALIVO,

CHRISTIANISSIMO REGI A CONSILIIS,

Ejuſdèmque apud Summum Pontificem

ORATORI:

Iacobus Albanus Gibbeſius, Med: Doct:

SALVTEM.

QVINTVM Horatium Flaccum *fuiſſe Latinum Pindarum, bardus ſit, qui dubitet: huic verò vni ex omnibus, Deorum laudes, Imperij Romani præſidum & cuſtodum,* Auguſtus *ſuis Secularibus poſt hominum memoriam apparatiſſimis, magnificentiſſimiſquè Ludis, carmine celebrandas impoſuit; vt Suetonius, ſiuè quis alius eſt, refert in eius vita. Et meritò*

quidèm Dijs majorum gentium maximus inter homines poëta, vt apud ſuperſtitioſos, inueniendus erat, qui gloriæ choragium quamuis falſæ penitùs adornaret. Nos, qui ſaniore mente, veràque religione imbuti ſumus, non multorum, & inanium ſputatilica truncorum numina; ſed vnius CHRISTI, Optimi Maximiq; Dei, cũ puriſſima Virgine MARIA, illius Matre, ſempiternum decus, quid eſt, cur in ſimili cauſa recurrentis Seculi *non lectiſſimi vatis, ſi licet, verſibus extollamus; aut eorũ, ſi is deſit, præconia non proximè ad normam longè Principis conformemus? Eſſe autem illud,* Phœbe, ſyluarumq; potens Diana, *primum in hoc genere, cùm maximè floreret Latina lingua, haud ægrè ij, qui cũ Muſis habent aliquod cõmercium, & fatentur, & prædicant. Cùm igitùr hiſce tẽporibus, qui ſic caneret, longo etiàm interuallo, exiſteret nemo, multòq; eſſet noſter Deus tali honore cum Diua Parente dignior, non meas diù partes deſiderari paſſus ſum, vt ad illã ipſam* Horatianam Oden *exactum aliquid, quod quàm ſimillimum foret, non tamèn idem, ederetur in lucem. Cœpi rem continuò totam mecum ipſe retexere, ſicq; ſequi imitando, nihil vt eius præter ſcapum* Carminis Secularis *(qui eſt, auſtere*

tere

 120

tere Peſtem, Famem, et Bellum, atq; orare, ut populi res Romani meliores amplioreſq; fiant, retenta precum ſerie) verſuum etiam totidem genus, ac numerum arripuerim, ſine minima, ut cõfido, ſpecie ſeruitutis. Quæ quidem patebunt omnia luculentiùs, ſiquis eodem tempore, quo hæc legit, librum Lyrici *ſumere volet in manus.*

Iàm verò ſecundùm cœlum, cœliq; Vicarium, cuinam in hoc orbis theatro dedicare meum opus potiſsimũ debui? nempè Tibi, VIR CLARISSIME; *tot ob res et tantas pro Chriſtiana Religione laudabiliter terra mariq; iàm indè à puero ſuſceptas, feliciterq; & geſtas, & abſolutas, non modò cum hominibus eodem Fidei vinculo colligatis. verùm etiàm aduersùs gentes cùm ratione vitæ planè barbaras, tùm ſacrorum cultu à nobis longiſſimè, rituq; inter ſe, ac ſecta diſcrepãtes. Mitto dicere, ut Equitum Rhodiorum Ordini nomen dederis penè infans; quot expeditiones una cũ ipſis in Mauros & Turcas, cõmunes hoſtes, feceris; quemadmodùm Pater conſcriptus iàm (Commendatarium illi vocant) annum agens quartum et vigeſimum ſolùm, raro exemplo, extiteris; quamdiù Tuneti ex Melitenſiũ Triremium Duce captiuus, àn dominus? (mirum enim*

quan-

quantum prædones illi etiàm tùm nomini tuo deferebant) hæſeris: prætereo Legationes ejuſdem cauſa Societatis de negotijs maximis omninò duas, alterā ad Venetos extra ordinem, trium menſium; communem Romæ alteram totidem annis ad Vrbanum Pontificem, prudentiæ tuæ cum ſumma poteſtate commiſſas: munera relinquo militaria primi gradus tibi ab eo, quem dixi, Vrbano, atque à Ludovico, *tuo Rege, nō gloriosiùs demandata, quàm à te cum admiratione omnium fauſtiſſimè obita, & perfecta: Hæc ſpecto in meo delectu palmaria, quæ videmus, manuq; tangimus, Inſignia virtutis tuæ,* Majorem Crucem, *quā ſemper geris aduerſo pectore, præſenſq; officiū* Oratoris. *Quis enim divinis rebus patrocinari tàm ſacra tempeſtate meliùs poſſit, quàm is, qui præfert Imperatoris vexillum Conſtantini, Regiſq;* Chriſtianiſsimi *apud INNOCENTIVM ſuſtinet ex dignitate perſonam? Vale.* Romæ, *Ex Palatio Eminentiſs: Principis, Card:* Spadæ. *Cal. Mart. Anno Seculari, M. DC. L.*

CAR-

 121

CARMEN SECVLARE

PRO S. R. E. INCOLVMITATE,

IN ANNO IVBILAEI M.DC.L.

Cùm INNOCENTIVS X. *Pont. Max.* Portam Sanctam, *more majorum, ſolenniter aperiret.*

O D E.

CHRISTE, cœlorùmq; potens MARIA,
Par Patri ſummo caput, & ſecundùm,
Supplices audite bono rogati
Tempore Luſtri:
Quo ſacræ Moſis voluêre chartæ
Virginum miſtas pueris cateruas
Debitam pompæ Superûm ſequaci
Promere laudem.
Viue *Fons*, iugi ſcatebrâ reos qui
Tingis, & purgas, opiferquè ſempèr
Laberis; præter nihil ire poſſis
Puriùs *Vrbe*.

Diva, perplexæ Cynoſura vitæ,
Syrtibus deduc medijs clientes;
Si *Maris Stellam* benè te vocamus,
Si benè *Navim*.

Virgo ſeù dici pudibunda mavis,
AEmulam ſerves ſine labe mentem:
Seù probas *Matrem*, ſimili ferantur
Lege Parentes.

Quinquiès quinos cupidæ per annos
Cantus vt plebi, redeatquè plauſus,
Roma dùm terris generoſa laxat
Aetheris arcam.

Tuquè non mendax aperire, IESV,
Fixa Tarpeio tibi templa ſaxo,
Et Fidem æternam fore, ſic maneto, &
Frendeat Orcus.

Ruris immenſas opulenta fruges
Terra miretur: pecoris magiſtri
Gaudeant longo numerare pinguem
Ordine fœtum.

Aëris tractum, juvenes precàmur,
Tabis immunem tuearis, ô *Sol:*
Diſſipa craſſas, petimus puellæ, *Aurora*, tenebras.

Iſta, ſi veſtrum eſt decus, iſta ſedes,
Vrbium princeps; Galilæa poſtquàm
Turba promovit, præeunte *Petro*,
Signa Salutis:

Miſſa

122

Miſſa pars vaſtas Orientis oras,
Pars & Occaſum Fidei docere.
Tunc nouæ ritus; caput hocquè iuſſit
Noſcere gentes:
O! juventuti grave pectus acri;
O! probis mortem ſenibus beatam;
Copiam lectis, & vtrumque robur
Cedite ſervis!
Quiquè vos ruptâ ſtetit ante Portâ
INNOCENS, farris coluitquè flore,
Hàc agat victam rabiem luporum
Cum grege *Paſtor*.
Iàm Palatinis operatur aris
Indus, & fallit propè Mecha Thracem;
Iàm petent Scoti veniam, cruenti
Nupèr, & Angli.
Iàm ſalus, & fas, & amor, timorquè
Primus, & Virtutis honos reductæ
Lucet: apportatquè *Columba* tuti
Fœdus Olympi.
Vltor, & ſpectandus hiante plagâ
CHRISTVS, elatuſquè nouem Choreis,
Qui triumphali ſcelus omne mundi
Morte piavit,
Si videt caſti iuga *Vaticani*,
Vber AEneæ, populumquè dexter;
Proſperet gazam, ſolidoquè mittat
Secula cultu.

Quæquè candentem premit *Exquilinum*,
Linei clamore MARIA cœtus
Plaudat, & pubi teneræ benignam
Commodet aurem.

His *Deum* votis, precibuſquè *Divos*
Nuncio allabi monitus, *Quirites*;
Nomen & CHRISTI catus, & MARIAE
Tollere Vates.

123

TRADVTTIONE PRECISA

DELLA STESSA

ODE SECOLARE

DELL' ANNO SANTO.

O *CHRISTO, e tù, MARIA, del Ciel*
Reina;
L'vn pari al Padre, e l'altra à le beate
Squadre Duce ſourana; in giù mirate,
Or, che ſupplice il Mondo à voi s'inchina:

Ora, che di Mosè le ſacre note
Voglion, che rendan gratie al Rè ſuperno
Con pompa religioſa, in choro alterno,
Puri fanciulli, e Vergini deuote.

O viva Fonte*, il cui perenne vmore*
Laua, e terge le colpe à rei mortali,
Deh ſpargi ſoura noi ſtille vitali,
Deh queſta tua Città *purga, ò Signore.*

O Diva pia, ch'in queſto mar di ſtenti
Sei noſtra Cinoſura, or ti conuiene,
Se Stella*, e* Nave *ſei, frà queſte arene*
Trar di mezzo à le Sirti i tuoi Clienti.

Se del nome di Vergine *t'onori,*
Emula ſia di te la noſtra mente;
Se del nome di Madre*; ò ſian ſouente*
A te ſimili i noſtri Genitori.

Che doppo cinque Luſtri al Latio ſuole
La feſta deſiata, e'l canto torni;
Mentre ſi vede in queſti ſacri giorni
Prodigo di Teſori aprirſi il Polo.

E tù,

E tù, ch'à la tua Fede il Tempio eterno
Promettesti, ò GIESV', ne puoi mentire;
Fà, che s'auueri ciò ne l'auuenire,
Si che ne frema di dolor l'Inferno.

Pieno di ricca meſſe il ſuol ſi veggia:
Moltiplicar di numeroſa prole
Miri il Paſtor l'armento, e ſi conſole
In ordin lungo annouerar la greggia.

Te, chiaro Sol, *noi giouani preghiamo,*
Da maligno vapor l'aria diſgombra:
*Te, bell'*Aurora, *che diſcacci l'ombra,*
Noi Verginelle ſupplici inuochiamo.

Se queſta è cara à voi Reggia de Regni
Roma, *poiche ad onor del Nume vero*
La turba Galilèa ſeguendo Piero
Lieti ſpiegò de la Salute i ſegni:

Parte

Parte di loro andar ver l'Oriente,
Parte ver doue il Sol cader ſi vede,
Ad introdurvi la verace Fede,
E queſto Capo fer noto à la gente:

Prenda coſtumi graui, e là baldanza
Tempri del cor la giouentù sfrenata;
Donate à i Vecchi pij morte beata;
Date al Seruo fedel forza, e coſtanza.

Ed INNOCENZO, che con man tremenda
Il varco aprì de le ſacrate ſoglie,
Coſtà la greggia ſua guidi, e le ſpoglie
De' Lupi vinti à le gran Porte appenda.

Già i Palatini altari adora il Gange;
Già ſi vede mancar la Mecca al Trace,
Già lo Scoto ſpergiuro ambir la pace:
Già l'Anglo inſanguinato i falli piange.

125.

Il Giuſto, la Pietà, l'Amor riluce,
Il primiero Timore, e la Salute;
Già torna il priſco onore à la Virtute,
E vera Pace la Colomba adduce.

CHRISTO Vendicator, ch'in Croce langue;
E sù da noue Chori è celebrato,
Che de'l iniquo mondo ogni peccato
Con morte trionfal lauò nel ſangue;

Se dal Cielo rimira il Vaticano,
A' la prole d'Enèa ſue gratie mandi
Con man propitia, e di laſsù tramandi
Secoli fauſti al Popolo Romano.

E MARIA, che'l ſuo Tempio in falda erboſa
Frà le neui piantò de'l Eſquilino,
Miri benigna il Clero humile, e chino,
E'l Choro fanciulleſco oda pietoſa.

Ecco

Ecco propitio Dio *ver noi s'inuia ;*
(Io'l veggio) ò di Quirin *progenie altera :*
Io ; che mi fei frà l'Apollinea ſchiera
V ago di celebrar CHRISTO , e MARIA ;

F I N I S.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE